

Cambridge University Press

978-1-108-04805-7 - Chronicles and Memorials of the Reign of Richard I:

Volume 1: Itinerarium Peregrinorum et Gesta Regis Ricardi

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

ITINERARIUM REGIS RICARDI.

Cambridge University Press

978-1-108-04805-7 - Chronicles and Memorials of the Reign of Richard I:

Volume 1: Itinerarium Peregrinorum et Gesta Regis Ricardi

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

Cambridge University Press

978-1-108-04805-7 - Chronicles and Memorials of the Reign of Richard I:

Volume 1: Itinerarium Peregrinorum et Gesta Regis Ricardi

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

PROLOGUS.

PROLOGUS IN GESTA RICARDI REGIS ANGLIÆ ET REGIS FRANCIÆ ET IMPERATORIS ALEMANNIÆ.¹

SOLET nonnunquam accidere, ut res quantumlibet To pre-
serve the
memory of
great deeds,
the Greeks
devised
historical
writing. notas et eximie gestas, tractu² temporis vel fama lan- guidior minuat, vel oblivio posteritatis extinguat. Sic regum quamplurium³ emarcuit gloria, et ipsis con- sepultum evanuit, quod ab eis magnifice factum et suis celebratum temporibus novitas exceptit in favorem, fama in præconium, populus in exemplum. Hoc Grai veteres divinitus⁴ attendentes, scripti remedium objecere prudenter,⁵ et⁶ scriptores suos, quos dixere historiographos ad conscribendas regum⁷ historias studiosius exciverunt. Unde feliciter contigit ut vocis vivæ silentium vox scripta suppleret, ne ipsis mortalibus eorum commorerentur virtutes. Romani vero, Græcorum The Romans
added
statues. æmuli, perpetuandæ virtutis obtentu, non solum stili assumpserunt officium, sed et statuas adjecerunt; et sic tam veteres repræsentando, quam provocando posteros, virtutis amorem, tum per oculos, tum per aures, ad interiora multipliciter demissum, imitantium mentibus firmius impresserunt. Quis iter Jasonis, labores Her-

¹ Prologus in Itinerarium peregrinantium in Terram Sanctam tempore Salahadini, et in Gesta Regis Anglie Ricardi et Regis Franciæ et Imperatoris Alemanniæ. A.

² *tractu*] tactu, G.

³ *quamplurium*] quam plurimum, G.

⁴ *divinitus*] om. A.

⁵ *objecere prudenter*] prudenter objecerunt, A.

⁶ *et*] ac, A.

⁷ *regum*] om. A.; rerum, G.

Cambridge University Press

978-1-108-04805-7 - Chronicles and Memorials of the Reign of Richard I:

Volume 1: Itinerarium Peregrinorum et Gesta Regis Ricardi

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

culis, Alexandri gloriam, Cæsaris victorias nosset, si scriptorum beneficia defuisserent. Porro, patrum gesta sanctorum, quos frequentius commemorat et commendat ecclesia, neminem ad imitandum accenderent,¹ si conscientia veritatis antiquitas legendam nobis historiam non reliquisset. Sane reges antiqui, cum variis extollerentur præconii, id vel maxime in votis habebant, ut in ore præsentium celebres,² ad posteritatis notitiam devenirent.

Cæterum cum innumeri rerum gestarum scriptores extiterint, plurimi quod audierunt, pauci quod videre,³ scripserunt. Quod si Phrygio⁴ Daretii de Pergamorum eversione ideo potius creditur, quia quod alii retulere auditum, ille præsens conspexit, nobis etiam historiam Jerosolimitanam tractantibus⁵ non indigne fides debetur; qui⁶ quod vidimus, testamur, et res gestas, adhuc calente memoria, stilo duximus designandas. At si cultiorem dicendi formam deliciosus exposcit auditor,⁷ noverit nos in castris fuisse⁸ cum scripsimus; et bellicos strepitus tranquillæ meditationis otium non admisisse. Ipsa sibi veritas ad gratiam⁹ sufficit, et licet pomposo non expolita ornatu, quemcunque saltem secreti sui allicet auditorem.

The Church uses histories for purposes of example.

The best histories have been written by eye-witnesses, as was the following: and therefore the writer needs no apology for the rudeness of his style.

¹ *Porro . . . accenderent]* Et ut sanctorum patrum utamur exemplis, nec Job patientia, nec Abraham liberalitas, nec David mansuetudo fidelibus posteris ad exemplum viveret. A.

² *in . . . celebres]* om. A.

³ *audierunt . . . videre]* audierant . . . viderant, B.

⁴ *Phrygio]* Frigio, A. B. C. G.
⁵ *historiam . . . tractantibus]* om. A.

⁶ *qui]* quia, A.

⁷ *exposcit auditor]* tr. B.

⁸ *fuisse]* non domi, add. B.

⁹ *gratiam]* gloriam, B.

Cambridge University Press

978-1-108-04805-7 - Chronicles and Memorials of the Reign of Richard I:

Volume 1: Itinerarium Peregrinorum et Gesta Regis Ricardi

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

ITINERARIUM REGIS RICARDI.

LIBER PRIMUS.

[CAPITULUM I.]

¹ *Quia pro peccatis populorum Dominus exterminavit A.D. 1187. populum Syriæ.²*

Anno Verbi Incarnati m^oc^oLXXXVII^o,³ apostolicæ sedis apicem obtinente Urbano tertio; imperante in Alemannia Frederico, apud Constantinopolim Ysaakio, Philippo regnante in Francia, Henrico in Anglia, in Sicilia.⁴ Willelmo,⁵ aggravata est manus Domini super populum Suum, si tamen recte dixerimus Suum, quem⁶ conversationis immunditia, vitæ turpitudo, vitiorum fœditas fecerat⁷ alienum. Jam enim eosque flagitiorum consuetudo proruperat, ut omnes, abjecto erubescentiæ velo, palam et passim⁸ ad turpia declinarent. Cædes, rapinas, adulteria, longum esset evolvere, ac proposito nostro contrarium, qui res gestas delibare decrevimus, non formare tractatum; sed cum hostis ille antiquus corruptionis spiritum longe lateque diffusisset, specialius tamen Syriam occupaverat, et unde regiones cæteræ suscepérant relligionis exordium,⁹ inde totius immunditiae sumebant exemplum. Hinc igitur Dominus terram Nativitatis Suæ, locum Passionis Suæ

The degeneracy of the people of the Holy Land provoked the anger of God.

¹ The MS. A. has the following rubric: *Incipit Itinerarium Regis Anglorum Ricardi in Terram Sanctam a Magistro Gaufrido Vinsauf editum. Incipit liber primus. Capitulum primum.*

² *Quia . . . Syriæ]* om. A. G.

³ *Anno . . . &c.] Anno Incarna-*

tionis Dominicæ m^oc^olxxxv., A.; m^oc^olxxvii^o, G.

⁴ *Sicilia]* Cecilia, B.

⁵ *Willelmo]* Guillermo, A.

⁶ *qucm]* quæque, B.

⁷ *fecerat]* fecerant, A. G.

⁸ *passim]* passius, B.

⁹ *exordium]* principium, A.

Cambridge University Press

978-1-108-04805-7 - Chronicles and Memorials of the Reign of Richard I:

Volume 1: Itinerarium Peregrinorum et Gesta Regis Ricardi

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1187. in abyssum turpitudinis decidisse conspiciens, hæreditatem Suam sprevit, et virgam furoris Sui Saladinum His instrument of vengeance. ad obstinatæ gentis exterminium debacchari¹ permisit; maluit enim Terram Sanctam per aliquantum tempus² profanis gentilium ritibus ancillari, quam illos florere diutius quos ab illicitis nullius honestatis compescebat respectus. Hanc futuræ demolitionis instantiam³ casus præloquebantur diversi, famæ, terræ motus, frequens tam lunæ quam solis defectus. Sed et ventus ille validus quem de planetarum concursu proventurum astronomici prænunciaverant,⁴ in hujus rei significatiæ commutatus migravit. Ventus vere validus,⁵ qui quatuor mundi cardines concussit, ac orbem totum in seditiones et prælia concitandum præmonstravit.

[CAPITULUM II.]

Qualiter Saladinus fugavit Magistrum Templi et alios.⁶

Saladin sends an army under Modasfer-
cd-din, emir of Edessa, into Palestine.
Battle near Nazareth (May 1, 1187, Chron. Terra Sanctæ, § 5).

Salahadinus igitur,⁷ contractis armatorum⁸ copiis Pæstinam violenter aggressus, admirarium⁹ Edessæ Manafaradinum cum septem milibus Turcorum qui Terram Sacram depopularentur, præmisit. Hic autem Manafaradinus,¹⁰ cum in partes Tiberiadis processisset, casu¹¹ sibi obvios¹² magistrum Militiæ Templi Girardum de Bidesfordia¹³ et magistrum Hospitalis Rogerum de Moleldinis, illum quidem fugatum, istum vero interfectum

¹ *debacchari*] debachare, B.

² *tempus*] temporis, B.

³ *instantiam*] om. B.

⁴ *prænunciaverant*] pronunciavera-

rant, G. C.

⁵ *vere validus*] vero, C.; calidus, G.

⁶ The rubric in A. has been so cut by the binder as to be illegible; no rubrics are given in the "Gesta Dei per Francos."

⁷ *igitur*] om. B.

⁸ *armatorum*] armorum, B.

⁹ *admirarium*] ad mirabilium, A. ; Edissæ, B.

¹⁰ *Manafaradinus*] om. A. G.

¹¹ *casu*] casus, G.

¹² *obvios*] habuit, ins. A. G.

¹³ *Bidesfordia*] nomine de Ridesfordia, A. ; de Bideffordia, G. ; de Rifford, C.

Cambridge University Press

978-1-108-04805-7 - Chronicles and Memorials of the Reign of Richard I:

Volume 1: Itinerarium Peregrinorum et Gesta Regis Ricardi

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

LIBER I.

7

inopino Marte confecit. In quo conflictu, cum nostro-
 rum paucissimi ab immenso concluderentur exercitu,
 insigne quiddam¹ et memoria dignum contigit; nam
 quidam Templarius, officio miles, natione Turonicus,²
 nomine Jakelinus de Mailliaco,³ quadam virtutis præ-
 minentia in se omnium provocabat insultus; cæteris
 autem commilitonibus suis qui quingenti æstimabantur,
 vel captis, vel interfectis, belli totius impetum solus
 sustinuit, et pro lege Dei sui athleta gloriosus efful-
 sit. Hic hostium vallatus cuneis et humano prorsus⁴
 auxilio destitutus, cum tot millia hinc inde irruentia con-
 spiceret, collegit in vires⁵ animum, et unus contra omnes
 bellum animosus suscepit: virtus ejus ad gratiam hos-
 tium commendanda enituit, ut⁶ ei plerique compassi,
 ipsum ad ditionem affectuosius hortarentur. Quorum
 monita dissimulans, mori pro Christo non timuit,⁷ sed
 telis, lapidibus, lanceis, oppressus magis quam victus,
 vix tandem occumbens, ad cœlos feliciter cum palma
 martyrii triumphator migravit. Mors quidem mitior,
 et ad sensum dolor non venerat, cum unius viri
 gladius tantam circumjacentis turbæ struxisset coro-
 nam. Dulce viro sic occumbere, ubi victor ipse in
 medio, et in circuitu impii, quos dextera victrice con-
 sumpsit. Et quia in equo nitido et armis albicantibus
 tunc casu pugnator incesserat, Gentiles qui Sanctum
 Georgium in hujusmodi habitu⁸ militare noverant, se
 militem nitentis armaturæ Christianorum propugna-
 torem, interfecisse jactabant.⁹ Erant in loco ubi pug-
 nabatur,¹⁰ stipulæ, quas messor post grana paulo ante
 decussa, reliquerat inconvulsas; Turcorum autem multi-
 tudo tanta irruerat, et vir¹¹ unus contra tot acies tam

A.D. 1187.
 Prowess of
 Jakelin of
 Mailly, a
 Templar of
 Touraine.

The Sar-
 cens flatter
 themselves
 that they
 have slain
 St. George.

¹ *quiddam*] quoddam, B.

⁶ *ut*] *et*, A.

² *Turonicus*] Turonius, G. MS.

⁷ *timuit*] abhorruit, A.

C. reads *Tutonicus* over an erasure.

⁸ *habitu*] om. B.

³ *Mailliaco*] Mailiaco, B.

⁹ *Et quia . . . jactabant*] om. A.

⁴ *prorsus*] rursus, B.

¹⁰ *pugnabatur*] pugnabat, G.

⁵ *vires*] vares, B.

¹¹ *vir*] vix, G.

Cambridge University Press

978-1-108-04805-7 - Chronicles and Memorials of the Reign of Richard I:

Volume 1: Itinerarium Peregrinorum et Gesta Regis Ricardi

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1187. diu conflixit, ut campus in quo stabant totus resol-
veretur in pulverem, nec ulla¹ prorsus² messis vestigia³
comparerent. Fuere, ut dicebatur, nonnulli qui corpus
viri jam exanimum pulvere superjecto consparserunt,
et ipsum pulverem⁴ suis imponentes verticibus, virtutem
ex contactu hausisse credebat. Quidam vero, ut fama
ferebat, ardenter cæteris movebatur; et abscissis⁵ viri
genitalibus, ea tanquam in usu⁶ gignendi reservare
disposuit, ut vel mortua membra, si fieri posset, vir-
tutis tantæ suscitarent hæredem. Hac ergo suorum
victoria Saladinus impendio hilaratus, animum oc-
cupandi regni ambitione succensum, ad majora in-
tendit.

[CAPITULUM III.]

Quod⁷ genus et⁸ quæ initia Saladinus habuit.⁹

Saladin pro-
perly called
Youssef,

the son of
Ayoub,

Verum ut tantus Christiani nominis persecutor
cupidæ posteritati plenius iunotescat, de principiis ejus
aliquid, quantum brevitas captata permiserit, præmit-
temus. Fuit itaque de genere Mirmuræni¹⁰ parentum
non ingenuorum proles, nec tamen obscuri sanguinis
humilitate plebescens. Pater ejus Job, ipse vero¹¹
Joseph¹² nuncupatus.¹³ Nam juxta Mahumeti tra-
ditionem, hæc apud plerosque Gentilium viget obser-
vantia, ut cum charactere¹⁴ circumcisionis etiam Hebræ-
orum nomina circumcidendis imponant: principes vero,

¹ *nec ulla*] ut nulla, B.

² *prorsus*] om. A.

³ *penitus, ins.* A.

⁴ *pulverem*] om. A.

⁵ *abscissis*] abscisis, A.

⁶ *usu*] usum, B. G.

⁷ *Quod*] Quæ, B.

⁸ *et*] vel, A.

⁹ *habuit*] haberet, A.

¹⁰ *Mirmuræni*] Mairmuræni, B.

¹¹ *vero*] om. A.

¹² *Joseph*] Josep, A.

¹³ *nuncupatus*] nuncupabatur, B.

¹⁴ *charactere*] caractere, A. B. G.

Cambridge University Press

978-1-108-04805-7 - Chronicles and Memorials of the Reign of Richard I:

Volume 1: Itinerarium Peregrinorum et Gesta Regis Ricardi

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

LIBER I.

9

ut nominibus suis admoniti legis Mahumetiæ¹ studiosi A.D. 1187.
 defensores existant, ab ipso legis vocabulo nomina sor-
 tiuntur. Lex siquidem lingua Gentili Hadin dicitur.
 Unde et Salahadinus dictus² est, quod legis corrector
 vel pacificator³ interpretatur. Et sicut principes nostri⁴
 imperatores dicuntur vel reges, sic apud illos, qui
 præminent Soldani, quasi soli dominantes, nominantur.

Quæ initia habuit.⁵

Salahadinus itaque⁶ sub Soldano Damascenorum Nora-
 hadino,⁷ hoc primum potestatis suæ auspicium habuit,
 quod de puellis Damasci quæstuariorum quæstum sibi
 colligebat infamem: eas enim⁸ non aliter licebat pro-
 stitui nisi ab ipso⁹ primitus libidinis exercendæ copiam
 pretio¹⁰ impetrassent. Quicquid autem hujusmodi leno-
 cinio lucrabatur, in usus histrionum prodigus refunde-
 bat, sicque largitionis obtentu, venalem vulgi gratiam
 totis desideriis comparavit. Hic cujusdam Suriani Prophecy
 vaticinio in spem regni adductus, ab illo futurum
 audierat, ut Damasci et Babylonis ditione potiretur.
 Sic ergo ascensiones in corde suo disposuit, et jam
 coepit regno majora sperare,¹¹ cuius ambitus angustæ
 possessionis limites non excedebat. Processu temporis,
 cum jam ætas robustior officium militare deposceret, ad
 Enfridum de Turone, illustrem Palæstinæ principem,
 paludandus accessit, et Francorum ritu cingulum mi-
 litiae¹² ab ipso suscepit.

¹ *Mahumetiæ*] Mahumeticæ, A.² *dictus*] appellatus, A.³ *vel pacificator*] om. A. G.⁴ *vel, ins.* A. G.⁵ Om. A.⁶ *itaque*] utique, B. G. and Barth.⁷ *Norahadino*] Norahaldino, B.⁸ *enim*] autem, A.⁹ *ipso*] eo, B.¹⁰ *pretio*] om. A.¹¹ *sperare*] spirare, G.¹² *cingulum militiaæ*] tr. A. B. G.

surnamed
the Cor-
rector of the
Law.

Saladin's
first prefer-
ment under
Noureddin,
sultan of
Damascus.

Prophecy
about him.

He is
knighted
by the
constable
Henfrid of
Toron.

Cambridge University Press

978-1-108-04805-7 - Chronicles and Memorials of the Reign of Richard I:

Volume 1: Itinerarium Peregrinorum et Gesta Regis Ricardi

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

[CAPITULUM IV.]

A.D. 1187. *Qualiter Saladinus occupavit regna Ægypti,¹ Damasci,² Indiae, et aliarum terrarum.*

Shawer,
vizier to
the Emir-al-
Mumenim,
El Adid,
caliph of
Egypt.

Shawer and
El Adid
deposed by
Saladin and
his uncle
Shiracouh.
(A.D. 1169.)

Saladin
succedes
Noureddin.
(A.D. 1174.)

Eo tempore Gentilis quidam, Sawarius³ nomine, sub Molano, quem patria lingua Dominum dicunt, universam procurabat Ægyptum,⁴ quem victoriosus Jerosolimorum rex Amalricus⁵ ad tributum coegerat annuatim solvendum. Molanus siquidem⁶ ter in anno tantum se visibilem et adorandum⁷ exhibebat Ægyptiis, qui apud subditos credebatur tantus, ut ejus imperio Nilus effluere diceretur. Porro, Gentilitiae⁸ religionis statuta observanter adimplens, dies anni concubinarum numero⁹ exæquabat¹⁰; sicque inter mulierculas consenescens, tractanda regni negotia Seuuario¹¹ committebat. Hos Saladinus cum patruo suo Saracuno¹² tunc temporis apud Ægyptios militans, proditiose peremit incautos; et sic totius Ægypti obtinuit principatum. Postea¹³ vero, non multo tamen¹⁴ interfluente tractu,¹⁵ Norahadinus diem clausit extremum, cuius uxorem Saladinus matrimonio sibi copulans, cum ipsa regni regimen fugatis hæredibus occupavit. Hæc fortunæ ludentis potentia, has rerum vicissitudines voluit; quæ de paupere divitem, de humili sublimem, de servo suscitat dominantem. Quod si rerum pretia judicio, non opinione, metimur, quantilibet terrenæ felicitatis potentia vilis æstimanda est, quam pessimi et indigni sæpius nanciscuntur. Leno ille, cuius regnum in prostibulis, militia in ta-

¹ et, ins. A.

² et, ins. A.

³ *Sawarius*] Sewarius, A. B. G.

⁴ *sub . . . Ægyptum*] sub Calepho

De Baldac Ægyptiorum tenebat imperium, A.

⁵ *Amalricus*] Almaricus, A. C.

⁶ *siquidem*] quidem, A.

⁷ *adorandum*] ad orandum, B.

⁸ *Gentilitiae*] gentilice, A.

⁹ *concubinarum numero*] tr. A.

¹⁰ *exæquabat*] adæquabat, G.

¹¹ *Seuuario*] Sewarino, A.

¹² *Saracuno*] Saracurio, B.; Saracuno, MS. Barth.

¹³ *Postea*] Postmodum, A.; post multum, G.; post modicum, Barth.

¹⁴ *tamen*] temporis, A. B. G.

¹⁵ *tractu*] tracto, G.